UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Collatione eris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

De collatione eris. Rub. XXIX.

LEX VNICA.

AEris. Pro ere poteſt ſolui aurum tanti valoris. h.d. No. quod poteſt ſolui aurum pro ere. Intellige quando reſpublica ex hoc non leditur, vt plene no. ff. de ſol. l. Paulus, ꝛ ibi dixi.

De diſcuſſoribus. Rub. XXX.

¶ Quero, quis dicatur diſcuſſor. Dic vt in gl. rubrice, ſcilicet, ille, qui diſcutit patrimonia alterius, vt eum ponat in eſtimo. Ita loquitur hic in tit.

LEX I.

QVoties. Si eſtimator male eſtimat, ipſe tenetur. h.d. Quero, hic dicitur in diſceptatione, qualiter fiat iſta diſceptatio. Reſpōdeo, coram ſuperiore, ad quem reclamat ille, qui ſentit ſe
1 grauatum, vt j. de agric. ꝛ cenſi. l. perequatores. † Secundo not.
quod onus probandi incumbit officiali eſtimanti, ſeu menſurāti.
2 † Vltimo not. quod arbitratores, qui ledunt partes tenentur, facit ff. ſi menſ. fal. mo. dixe. per totum.

ADDITIO.

3 ANG. ¶ † Not. iſtum caſum, quod licet pro ſcriptura preſumatur in dubio, ſi tamen ſcriptura feratur contra me, quod patrimonium valeat mille, ꝛ ego nego tantum habere in patrimonio, quod ei, qui vult ſcripturam de eſtimo patrimonij, incumbit onus probandi patrimonium tantum valere, ꝛ non mihi, qui nego valere tantum. Pro hoc ff. de proba. l. cum de lege fal. ſ. de iur. delib. l. ſcimus. §. licentia. Et hoc not. contra menſores agrorum, qui retulerunt tot iugera eſſe ſi negaretur tot eſſe, incumberet eis onus probandi tot eſſe.

LEX II.

NEcaſu. Iſta lex legitur in gloſ. pluribus modis, ſecundum primam lect. h.d. Licet ſoluens tributa, apocham de ſoluto perdiderit, poteſt tamen ex libris communis ſolutionem probare. h.d. Vel dic ſecundo, ſi in libris communis de ſolutione apparet, non poteſt peti ab officiali, vt iterū faciat apocham de recepto, ſi primam quis amiſit. .d. facit l. ſi
1 quis ex argentarijs. §. ſi. ff. de eden. † Ex ſecunda lect. not. quod ſi
apparet protocollum de contractu, non poteſt cogi pars vt iterū
faciat inſtrumentum publicum, ꝛ illud reddat, niſi de prima perditione doceatur. Vnde poteſt cogi notarius vt iterum faciat inſtrumentum, ſi primum quis amiſerit, vt l. ſi quis ex argentarijs,
a §. fin. ff. de eden.[a] † Secundo not. ex contrario ſenſu huius legis,
2 quod ſi protocollum non inuenitur, quod tunc poteſt cogi pars
vt de nouo faciat inſtrumentum, vt lex dicit. Ad hoc facit ſupra de lib. cau. l. ſicut inſtrumenta, quod ibi not. ff. ſolu. matrimo. l. ſecunda, circa prin. ꝛ quod ibi no. in glo. mag. ꝛ ff. de noua. l. ſi pu-
b pillus, ꝛ de adminiſtra. tuto. l. chirographis, ꝛ ibi not.[b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Iſtum tex. alle. pro ſingulari Bald. in l. ſeruo. §. ſi a primo, de leg. j. quod geminata quittatio facta debitori, facit cenſeri debitum bis ſolutum, ꝛ ideo debitorem ſemel ſolutum repetere, ꝛ ita alleg. Lud. in ſingularibus ſuis in litera, q. not. primo. Ad cuius veritatem vide omnino Bald. in l. cum centum, de adim. leg. ꝛ in l. cum tacitum, de verborum obliga.

b ALEX. ¶ In gloſſ. ibi, ſe bis ſoluiſſe. † Not. quod ſi debitor producit duo inſtrumenta refutationis cuiuſdā quantitatis pecunie, quod per iſta inſtrumenta probat duplicem ſolutionem, ꝛ ſic tanquam indebitum poſſet repetere. Ad quod facit. l. ſolutione, cum gloſſ. ff. de exhibend. argumen. l. qui tabulas. §. quod ſi iam. ff. de fur. quod tene menti. Angel. An notarius cogatur ipſe reficere inſtrumentum deperditum. Dic quod ſic, dummodo iuretur de calumnia, per not. per Bartol. in l. fin. de bo. author. iud. poſ. ꝛ vide Ange. in authen. de hered. ꝛ fal. in prin. vbi dicit, quod cautela eſt quod fiat mentio in ſecundo de refectione. Et an de refecto inſtrumento debeat ſolui gabella, vide in conſilijs extraord. Angel. conſi. xlv. ꝛ Barto. conſuluit quod non. Cui adde. Domi. Anto. in c. ij. in gloſſ. ij. de iud. quod pars tenetur reficere vnum inſtrumentum in forma deperditi, vide Bal. in l. vnica. §. ne autem, de cadu. tollen.

LEX III.

PEr ſingulas. Ab onere diſcutiendi, et eſtimandi patrimonia, nullus excuſatur nec etiam miles, nec militans. hoc dicit.

De decurionibus, & eorum filiis. Rub. XXXI.

Iſtam rubr. continua vt in gloſſ. Querit gloſſ. quare dicuntur de-
1 curiones, dic vt in ea. † Not. quod conſiliarij ciuitatum, dicun-
tur hodie decuriones. vt in hac gloſſ. quam. no. Quero quid dif-
a fert decurio a curiali. Dic vt in gloſſ.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sed an decuriones hodiernis temporibus iudicentur, prout de iſtis, quod ſic, in l. diuo. ſupra de queſtio.

LEX I.

SI cum te. Pater ſi ad decurionatum filij conſentit, tenetur pro eo, et heres eius prius facta excuſſione de principa. h.d.
1 † Not. prius fieri excuſſionem contra principalem
2 quam veniatur cōtra fideiuſſores. † Item no. quod
pater tenetur pro filio ſi conſenſit. Ad iſtud no. opponitur de l. iure noſtro. ſupra de fideiuſſo. Solu. Dicit gloſ. ſpeciale hic. Ratio quia facile pater obligatur eo ipſo quod ſcit, et non contradicit. Ita dicit gloſſ. vlt. quam not. certe licet in patre hec ratio concludat, tamen idem poteſt eſſe in quolibet alio fideiuſſore, vt l. quarta, in fin. ff. de adminiſt. re. ad ciuit. perti.
3 † Dic ergo quod ſpeciale eſt in fideiuſſore officialis, vt not. in l. j.
ſupra de conue. fin. deb. Ratio, quia tales fideiuſſores videntur
indemnitatem promittere, vt d. l. j. quid ſi indemnitas non appe-
4 ret, niſi principali diſcuſſo, dixi in d. l. j. † Quero qualiter dicatur
a pater conſentire filio.[a] Dicit gloſſ. eo ipſo quod ſcit. Et intellige
verū in munere publico, ſecus in priuato, vt not. ſupra quod cum eod. l. j. ꝛ l. ſi filius. ff. de tu. ꝛ l. Lucius Titius. ff. de admi. tut. Et ideo ſi inſtrumentum eſſet factum inter duos priuatos preſente patre vnius, pater alterius propter hoc non obligaretur, vt not. in d. l. Lucius, ꝛ l. j. §. j. in gloſſ. penul. ff. quod iuſſu. Oportet enim quod tunc pater ſpecialiter ſe obliget. Hoc etiam examinaui ple-
5 ne in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediantur. ff. ſolu. mat. † Quero an
pater poſſit filio conſentire abſente. Reſpondeo, ſic, vt l. honores. §. fin. ff. de decu. per quam legem dicunt docto. quod filio a-
6 gente in iudicio pater abſens videtur conſentire. † Quero, quid
ſi filius decurio factus eſt magiſtratus, ꝛ geſſit Rempublicam, an pater teneatur, Dic vt in glo.

ADDITIO.

a ¶ Filio. Vide ad hoc que not. habentur per do. Soc. in conſil. clxxij. incip. multum abunde ꝛ eleganter. verſicu. ſequen. vſque ad verſicu. quarta difficultas. in ij. par. ꝛ an ꝛ quando teneatur ex contractu filij, ꝛ quomodo, ꝛ qualiter, vide per eum, in conſil. xcij. incip. circa primum huius ver. circa ſecundam dubitationem, cum verſicu. ſequen.

LEX II.

1 ☞ Expenſe que debentur ratione victorie debentur officio iudicis ꝛ de conſilij conuocatione.
4 Conſilium ciuitatis quando non eſt conuocatum authoritate ſuperioris, quando valeat.
a **OBſeruare.**[a] Ad officium Rectoris ciuitatis pertinet conuocare concilium, et facere eligi officiales, vt eis electis nunciare poſſint ſi velit appellare, ꝛ qui male nominat, tenetur ad ſumptus. hoc dicit.
2 ¶ † Nota ex hac lege quod Rectores ciuitatis poſſunt conuoca
re concilium eorum authoritate, vt hic. Et ita intelligitur gloſſ. ſuper verb. magiſtratus. Secundo quod nota quod rectores ciuitatis habent hoc facere de neceſſitate, quando hoc faciendum
3 incumbit, vt hic, dum dicit, oportebit. † Tertio nota quod conci-
lium debet conuocari authoritate ſuperioris, nam hic magiſtra-
tus conuocat. Vbi autem magiſtratus non eſſet, tunc poſſet con-
b uocare ille, qui eſſet antiquior[b] decurio, ille enim videtur ipſo iu-
re prior decurionum. argumen. l. j. ſ. de conſu. ff. de albo ſcrib. l. j. ꝛ ibi dixi, ꝛ not. per Innocen. extra de maiorita. ꝛ obedien. cap. pri
4 mo ꝛ ibi. † Quero quid ſi non apparet[c] concilium conuocatum,
c Reſpondeo, ſi quidem eſſent omnes preſentes, valeret concilium,
quando non eſt qui leditur ex hoc quod conuocati non ſunt. Sed ſi aliqui eſſent abſentes, tunc non valeret concilium. potuiſſet enim preſentia eorum abſentium trahere alios in ſuam ſenten-
d tiam, argument. l. ſicuti. ff. de arbi.[d] ¶ † Not. quod hic dicitur in
5 text. ſolenniter, ꝛc. quod intellige ſono tube vel campane, vt dicit
gloſſ. quod dicit ſono tube, intellige ꝛ voce preconis hoc dicentis, ꝛ debet conſtare quod preconi ſit commiſſum, argument. l. neminem. ſupra de exhiben. reis. ꝛ hic dum dicit, debet fieri iuſſu magiſtratus. poſſet etiam fieri ſono tube, vel campane, tamen ſi ſtatutum vel conſuetudo eſſet quod tali ſono conciliarij dicerentur vocari. ſeruanda eſſet conſuetudo, vel ſtatutum. ita poſſet intelligi
e hic[e]. ¶ † Not. quod cōcilium debet vocari in loco publico, vt hic
6 dum dicit, ad curiam. Simile in l. ſi quis. in fin. de legat. ꝛ intellige locum publicum vbi publice officiales habitant, ꝛ curiam te-